Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



MATH

runt ierlimam dicentes. Vbi est qui
natus est rex iudeorum? Vidimus enim
stellam eius in oriente et venimus
adorare eum. Audiens autem herodes
rex turbatus est et omnis ierlima cum
illo. Et congregans omnes principes
sacerdotum et scribas populi sciscitaba
tur ab eis ubi xpe nasceretur. At illi
dixerunt. In bethleem iude. Sic enim
scriptum est per prophetam. Et tu bethleem
terra iuda nequaquam minima es in prin
cipibus iuda. ex te enim exiet dux qui
regat populum meum israel. Tunc hero
des clam vocatis magis. diligenter
didicit ab eis tempus stelle que apparuit
eis. Et mittentes eos in bethleem
dixit. Ite et interrogate diligenter de puero.
et cum inveneritis renunciate michi.
et ut ego veniens adorem eum. Qui
cum audissent regem abierunt. Et ecce
stella quam viderant in oriente ante
cedebat eos usque dum veniens sta
ret super domum ubi puer erat. Vide
tes autem stellam gavisi sunt gau
dio magno valde. Et intrantes
domum invenerunt puerum cum maria
matre eius. Et procidentes adorave
runt eum. Et apertis thesauris suis.
obtulerunt ei munera. aurum. thus. et
mirram. Et responso accepto in somp
nis ne redirent ad herodem. per aliam
viam reversi sunt in regionem suam.
Qui cum recessissent. ecce angelus
domini apparuit in somnis yo
seph. dicens. Surge et accipe puerum et
matrem eius. et fuge in egiptum.
et esto ibi usque dum dicam tibi. fu
turum est enim. ut herodes quaerat
puerum ad perdendum eum. Qui con
surgens accepit puerum et matrem eius
nocte. et secessit in egiptum. et erat
ibi usque ad obitum herodis. ut ad im
pleretur quod dictum est a domino per prophetam
dicentem. Ex egipto vocavi filium
meum. Tunc herodes videns quod illusus esset
fuisset a magis. iratus est valde.
Et mittens occidit omnes pueros
qui erant in bethleem. et in omnibus
finibus eius. ab ymatu et infra. secundum
tempus quod exquisierat a magis. Tunc
impletum est quod dictum est a domino per
ieremiam prophetam dicentem. Vox
in rama audita est ploratus et ulu
latus multus. rachel plorans fi
lios suos. et noluit consolari quia
non sunt. Defuncto autem herode.
ecce angelus domini apparuit in
somnis yoseph in egipto dicens.
Surge et accipe puerum et matrem eius.
et vade in terram israel. Defuncti sunt
enim qui querebant animam pueri. Qui
consurgens accepit puerum et matrem
eius. et venit in terram israel. Audiens
autem quod archelaus regnaret in iudea
pro herode patre suo. timuit illo ire.
Et admonitus in somnis. secessit
in partes galylee. et veniens habitavit
in civitate que vocatur nazareth.
ut adimpleretur quod dictum est per prophetas.
quoniam nazareus vocabitur. Capitulum iij.

In diebus autem illis. venit iohannes
baptista predicans in deserto
iudee. et dicens. Penitentiam agite.
appropinquabit enim regnum celorum.
Hic est enim de quo dictum est
per ysaiam prophetam dicentem. Vox
clamantis in deserto. parate
viam domino. rectas facite
semitas eius. Ipse autem
iohannes habebat vestimenta de
pilis camelorum. et zonam
pelliciam circa lumbos suos.